



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Septem Illvstrivm Virorum Poemata**

**Cesarini, Virginio**

**Antverpiae, 1662**

Ad Avrelivm Marrochivm, ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-7990**

*Arduus ille sedet, nitidosq̄, aurum inter & ostrum,  
Palladijs crines frondibus implicitus*

*Alta triumphali inuehitur Capitolia pompâ;  
Mox humilis sanctis oscula dat pedibus.  
Interea fremituq̄, hilari, plausuq̄, resultant,  
Et lucent festis compita luminibus.*

*Nec niuei, flauo quos flumine pascit olores  
Agmine nunc Tybris profluus aurifero,  
Nomen ALEXANDRI, & FLAVI, & facta inclyta  
cessant*

*In celum æternis tollere carminibus:  
Sæcla nec æternas voluentia dicere laudes  
Cessabunt, vestris aurea muneribus.*

A D

AVRELIVM MARROCHIVM,  
SCIPIONIS CARD. S. SVSANNÆ  
MEDICVM.

**H**oc tibi me, Aureli, vestrum quoque numen  
Apollo

*Sollicitum iussit mittere epistolium:  
Artis ut auxilio, quam tu meditaris, & unam  
Eximie præstanti excolis ingenio,*

Nascenti

APOLLONII FLORENTIS. 15

*Nascenti occurras morbo, longumq; minanti,  
 Ni reprimas, toto corpore supplicium.  
 Ex quo etenim Domini vos mollia iussa secuti  
 Vrbe procul dulci viuitis exilio,  
 Et miserâ ambitione procul, dulcissima, forsan  
 Immemores nostri, gaudia percipitis;  
 Hic mihi nescio quæ trepido submittitur imis  
 Visceribus tristis fœdaq; pernicies.  
 Nam vapor effusus feruentibus undique venis  
 Incipit indignis vrere membra modis.  
 Iamq; vari sparsim existunt, papulaq; rubentes,  
 Inficit & medias pustula rupta manus:  
 Pruritusq; vagi, & scabrae rubiginis optat  
 Assiduo impatiens stringier ungue cutis.  
 Prasertim dulces ubi suadent carpere somnos  
 Aurea iam cursu sidera præcipiti,  
 Sanguis inardescens stimulis pertentat acutis:  
 Nec requies molli mi datur vlla toro.  
 Vixq; renascentis Phæbi sub lumina prima  
 Excipit irriguo sparsa sopore quies.  
 Vnde autem infelix vitium incessisse repente,  
 Et miseros artus corripuisse putem?  
 Non ego cum flammâs Procyon, radiosq; malignos  
 Spargeret, aut mihi luce sub Erigones*

Pocula

Pocula siccaui generosi ardentia Bacchi  
 Largiùs , apposita nec nocuere dapes .  
 Dira neque immodico bilis succensa labore ,  
 Nec curâ aut studio est mens agitata graui .  
 Sed molles aluere epulæ , cyathisq; minutis  
 Infusa est gelido plurima lympha mero :  
 Et matutini captato frigore roris ,  
 Mox vacui longos sedimus vsque dies .  
 Nec dubitavi etiam mersare salubribus undis  
 Interdum , ac tepido spargere membra lacu .  
 Quid , liquidum , medioq; agitatum Aquilonibus estu  
 Quòd cælum in tectis ducimus aërijs .  
 Ipse tamen que causa malum hoc induxerit , altè  
 Vestiga , & celerem , dum licet , affer opem .  
 Affer opem , & propera labem compescere , si te  
 Vlla mouent dulcis iura sodalitij .  
 Seu fit abundanti salientem sanguine venam  
 Tundere opus , succosq; elicuisse putres ;  
 Seu iecore ardenti ingesto medicamine flammam  
 Opprimere , atque aluum ducere consilium est ;  
 Huc ades , Autumnni labentis dum finit hora  
 Lenis adhuc , dum sic sera moratur hiems .  
 Quam cupimus debere tibi , molire salutem ,  
 Conceptumq; agro pectore pelle metum .

Eueniek

AT

Euenie

Et

Principi

Proj

F E

F V

De r

C V

Ri

Foue

Cui du

Longo s

Chart

Fa

Monstran

Virtutis ,

Inire ,

A

APOLLONII FLORENTIS. 17

*Eueniet : tibi perpetuò sic vota secundent ,*

*Et faueant cœptis numina leta tuis :*

*Principis & magni viridi dent robore vitam*

*Proferre ad Pylij tempora longa senis.*

A D

F E R D I N A N D V M

F V R S T E N B E R G I V M ,

De reditu cogitantem in Germaniam

anno CIO. IOC. LIV.

**C** *Vi fausta lato sidera lumine*

*Risere , molli quem placida sinu*

*Fouere nascentem Camœna , &*

*Ambrosijs aluere succis :*

*Cui ductus altè sanguis , & inclytæ*

*Longo sequentes ordine imagines ,*

*Chartæq; signantes parentum*

*Facta , domus monumenta magna ,*

*Monstrant auito nobile iter gradu*

*Virtutis , arces quæ datur igneas*

*Inire , doctrinæq; suadent*

*Aërium superare culmen :*

B

Laboriosâ